

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Caspar Mauritius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius, SS.  
Theol. D. ... Ad Exsequias Quas Viro ... Dn. Johanni Niebawr, I.U.Doctori Eximio  
Vidua moestißima parat Ad horam primam in templo Mariano Omnes omnium  
ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201506>

Druck    Freier  Zugang



Mauritius, C.,

in

J. Niebawr.

Rost. 1650.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201506/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201506/phys_0004)



13.

PROGRAMMA  
Quo  
RECTOR UNIVERSITATIS  
ROSTOCHIENSIS  
**CASPARUS MAURITIUS,**  
SS. Theol. D. ejusdemq; P. P. & Ecclesiastes

*Ad Exequias*

*Quas*

*Viro Consultissimo & Clarissimo*

**D N. JOHANNI**  
NIEBAWR, J. U. Doctori

*Eximio*

*Vidua mæstissima parat*

*Ad horam primam in templo*

*Mariano*

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos offici-  
eios & per amant invitas,*

• S (O) S •



**ROSTOCHII,**

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

*Anno M. DC. L.*

**E**uerū olim Stoici, Philosophi magni nominis, qui omnia subjecerent fatō ineluctabili tantaq; adstricto necessitate, ut ad præcavenda, aut promovenda nostra nihil à nobis fieri posse arbitrarentur, testibus Epicreto & Seneca, quorum scripta ex ista porticu sola pæne reliqua habemus. Qua sententia stante, nullus cohortationibus aut dehortationibus, nullus præmiis, pænis nullus locus relinquitur, quæ tamen duo omnium sunt Rerum publicarum, Solone judice, fundamenta. Mirum autem est, repertos Theologos fuisse, qui istam Rebus publicis adeo pestilentem sententiam suam facerent, imo eandem pro Religionis suæ fundamento haberent. Quæ non potest Regnorum eversiones horrendas, Regum laninas nefandas, Rerum publicaram mutationes exitiabiles, omniumq; ordinum diras convulsiones non & moliri & emoliri. Sed hæc transierint Qui fatum in aliis rebus omnibus ad hominem spectantibus agnoscunt, nec possunt ejus vim circa terminum mortis nec volunt declinare. Terminum vitæ appello finem vitæ, quo cunq; demum modo ille accidat, sive declinantis vitio temperamenti, sive alio malo, puta bello, vulnere, curis & similibus incommodis. Hunc dicunt ita esse fixum absoluto Dei, cæulasq; omnes causarumq; præcientiam antegresso decreto, ut quicquid tandem homo fecerit aut non fecerit, nec mutari genus mortis, nec ejusdem hora extrahi ulla ratione aut contrahi possit. Unde consequitur, eum, qui sibi violentas affect manus, absoluto & omnes causas excludente decreto ad tantum scelus perpetrandum, adigi & tantum non cogi, quod est contra perpetuam sacræ scripturæ sententiam. Censent tamen maligni hujus fati fatales patroni, ex ipsa scriptura suæ sententiaz deponi posse fundamenta, putare Ps. XXXI. 16. ubi dicuntur tempora nostra in manu Dei esse: & Psal. XXXIX. 5. ubi mensura dierum nostro-

nostrorum certa fit mentio, ut & Psal. **GXXXIX.** 16. in primis  
Job. XIV. 6 qui, praesertim sunt, inquit, dies hominis & numerus  
mensium ejus penes te est: quoniam determinationes ejus fecisti, quas  
non transgrediarur. Atq; in hoc ultimo loco firmissimum suæ  
opinionis præsidium collocant. Nam, quod dicuntur tem-  
pora nostra esse in manu Dei, & mensuram dierum nostrorum  
esse, nondum evincit absolutam terminivitæ necessitatem.  
Sed nec ex Jobo illa peti vel potest veldebet. Non debet,  
quia illi loco facem amplissimam allucent clarissima Scri-  
pturæ testimonia, quibus certæ conditioni illigatam esse,  
terminum vitæ humanæ cum dictis evidentibus, tum testi-  
moniis apertissimis docetur. De quibus alias. Non potest,  
quia verba illa stant generatim de omni homine, nec aliud  
quid significant, quam esse vitam hominis cuiusq; certo ve-  
lut mensium circulo inclusam & certo temporis limite & fi-  
ne eoq; angusto contineri. Quomodo Moses Psal. X C. o.  
dicit, dies vita nostra esse septuaginta annos, & si in fortitudinibus  
sit, ottoginta: & David Psal. XXXIX. 6. queritur dies suos esse  
ut palmos, & avum suum tanquam nihil coram Deo. Quanquam  
enim vita humana pro ratione & varietate temperamenti,  
aliarumq; circumstantiarum brevior homini aut longior  
obtingere possit, definita tamen ejus duratio & certo termi-  
no circumscripta est, ultra quem humanæ conditioni non li-  
ceat progredi. Et hæc omnia recte stant tali nec oīθοδογίαν  
ullo modo oppugnant. Quin etiamsi locus Jobi accipiatur  
de vitæ termino, quem huic vel illi homini praefixerit divi-  
na providentia, nondum tamen dicitur determinationem  
illam absolutè factam & sine hypothesi constitutam esse.  
Digna Lyrani in hunc locum verba sunt, quæ hic legantur:  
Constitutio, inquit, termini dupliciter intelligi potest, uno modo, prout  
est in divina ordinatione, & sic termini vita hominis præteriri non  
possunt anticipando vel differendo, quia ejus providentia est infalli-  
bilis: alio modo, ut est in effectu exteriori, in quantum ex natura libris

A 2

causis

causis est periodus certa vita hominis, & in aliquibus major & minor  
secundum varietatem complexionis, & secundum hoc termini vite  
possunt anticipari per gladium vel aliam occasionem. Hactenus Ly-  
rannus, qui recte statuit Deum definitissime homini terminum  
vitæ, præsciendo ea, quæ in homine arbitrii libertate prædi-  
to terminum antecedunt, imo & eundem consequi possent,  
si vita homini prorogaretur. Atque hinc est, quod pios sæ-  
pè morte præmatura divina benignitas abripit, ne malitia  
seculi præsentis corruptantur, neu pondere ingruentium  
calamitatum de statione sua dimoveantur. Quod cum aliis,  
quorum exempla ubertim suppetunt, induluisse divinam cle-  
mentiam manifestius est, quam ut egeat probatione, sic an-  
te paucos dies evenit Viro Clarissimo & Consultissimo, Dn.  
Johanni Niebawr / J. II. Doctori eximio, Viro longiori vita  
dignissimo, si vita præsens vera esset vita, & non potius Ilias  
malorum, terribilis Lerna, fœda Camarina, & ~~Bicamara~~  
~~Oceani~~. Natus est piè defunctus noster Butzovij, quod est Op-  
pidum in Ducatu Megapolensi non ignobile, anno salutis  
M. DC. VII. die XXVI. Septemb. circa horam tertiam po-  
meridianam Patre Johanne Niebawren / Cive & Provisor  
Templi ejusdem oppidi spectacissimo : Matre vero Eli-  
sabetha Knorren, foemina laudatissima. Avus ei paternus fuit  
Nicolaus Niebawr / Avia paterna Anna Krägers / Avus mater-  
nus Andreas Knorren / Avia deniq; materna Gertrud Pauls /  
spectacissimi Viri Dn. Petri Pauli, judicij ibidem præfecti fi-  
lia. Ex hac ortum honestissima familia maturè Parentes in-  
pietate & literis formandum fidelibus præceptoribus tradi-  
derunt, eumq; anno M. DC. XXI. mense Septemb. able-  
gàrunt Wismariam, ibi q; integros quatuor annos suis sum-  
ptibus ludo literario interesse voluerunt. Anno XXV. cir-  
ca solstitium reicta ob pestem Wismaria de sententia Paren-  
tum ad scholam Parchimensem noster o<sup>r</sup>yanus / rha se contulit,  
sed anno sequenti Wismariam regressus est, Anno XXVII.  
auctis

æuctis annis judicio & eruditione fama Scholæ Lubecensis,  
cui tunc maximè florenti Rector præerat excellentissima.  
Vir eruditione Job. Kirchmannus, accensus Lubecam ivit  
ibiq; annum integrum feliciter rem gessit. Tandem relictis  
trivialibus in hanc nostram venit Academiam Anno  
XXII X. circa Paschatos festum & ingenium, quod à DEO  
naturæ Auctore acceperat alacre & acre, summa diligentia  
& dexteritate excolere perrexit & fundamenta studij Juri-  
dici ex voto jecit. Anno XXXI. media estate ita volente  
Patre, quem tunc solum matre ante biennium mortua ha-  
buit superstitem, in Borussian ivit ad Academiam Regio-  
montanam: inde elapso biennio nempe Anno XX XIII. à  
Patre evocatus Rostochium repetit. Postea anno XXXVI.  
mense Julio cum Jacobo Kriwesio Lubecense discipulo Lug-  
dunum Batavorum concessit, & anno sequente circa autum-  
num cum eodem Kriwesio ejusq; fratre Gothofredo Colo-  
niam Agrippinam profectus est, ibiq; studiorum causa inte-  
grum annū substitit. Anno XXXIX. circa Nundinas Fran-  
cofurtenses autumnales utroq; discipulo comitatus relicta  
Colonia, Marpurgum salutavit, lustrato in itinere toto tra-  
etu Rhenano inde à Colonia Moguntiam usq; & Franco-  
furtum. Scilicet ut Corallium,

— — — — — quæ primum contigit aurā,

Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Sic ingenia bene nata natali sole relicto à terris alio sole ca-  
lentibus doctrinæ & prudentiæ tobur acquirunt. Tandem  
fratris literis evocatus Marpурgo discessit circa æquinocti-  
um vernum Anno XXXIX & florentissimas Germaniæ Civi-  
tates transiens circa festum Ascensionis patris solo sedo-  
natus est, nec multo post mensis nimirum Junij die xi. Pa-  
trem morbo atq; ætate confectum amisit, natum annos cir-  
citer LXVI. Cum ergo noster p.d. satis peregrinationibus stu-  
diisq; dedisset temporis, cœpit de quietiori yitæ genere co-

A 3 gitare

gitare , in quo proposito D E U M sibi sensit propitiū & faventem. Anno enim sequenti, M. D C. XL. 27. Jul. sponsata ipsi est omnium virginalium virtutum laude decoratissima Elisabetha Krügers / ab ejusdem matre vidua, matrona pientissima, tum superstite : quæ Sponsalia mensis Septembris ejusdem anni die XXIIII. nuptiæ auspiciatissimæ tunt insecuræ. Duravit ad decennium hoc conjugium, tanta conjugis utriusq; fide & benevolentia, mutua , ut nunquam ipsis necessum fuerit adire facel- lum Deæ Viriplacæ, quod Romæ quondam in palatio pacis domesticæ custodem erectum fuisse scribit Valerius, nec coacti sint instituere Charistia in quibus cognatorum & affinium interventu rixæ componerentur. Enimvero & ipse noster pie defunctus morum amabilitate , sinceraq; fide ni- veoq; candore ; & conjux morum suavitate, probitate, mo- destia aliisq; hujus sexus ornamentiis ita tulerunt levave- runtq; conjugij condimenta & onera, ut cohabitasse sibi vi- deantur ne biennium quidem. Hoc conjugium ut felix for- tunatumq; fuit concordia, quæ est omnium in hoc statu bo- norum caput, ita fœcundum quoq; sobole fuit : vidit enim noster pie d. functus ex se natos liberos quinque, Catharinam Elisabetham natam Anno XL. 7. Sept. Johannem natum An- no XLIII. 9. Febr. Johannem Andream Anno XLIV. 23. Sept. Elisabetham Anno XLVI. 1. Jun. & Christophorum Anno XLIX. 11. Maii, sed in duos priores acerba mors crudeles un- gues injecit , eosq; in censum suum transtulit. Postremi tres adhuc per DEI gratiam vivunt, atq; ut diu vivant feliciterq; & ætate pariter & pietate indies crescant ac proficiant, quod & Parentis defuncti decumbentis unicum votum fuit, ex animo comprecamur. Cæterum, cum processus in studio Juriminsignes nostrum p. d. minimè latere paterentur, sed luce & præmia suo quodam jure & merito flagitarent, fa- ctum

Etum est. Anno **XL**, 6. Jul. ut sub **DECANO** Viro Amplissimo & Consultissimo Dn. Nicolao Schüzen / J. U. D. & Professore celeberrimo, Dn. Collega & amico nostro singulatiter dilecto & colendo summus ipsi in utroq; Jure gradus conferretur, quem ille erudione & scientia Iuris singulari semper exornavit. Quicum germanam fidem & candorem, perpetuum animiq; probitatem sine fuko & fallaciis, more majorum, raras exulceratissimo hoc & maligno seculo dotes, felici nexu copulavit. Sed his indignus erat mundus: quo factum est, ut hoc cœli depositum suo cœlo redderetur. Quod factum nocte in sequente diem **XVI**. Decembr. hora circiter media prima. Nimurum erat noster p. d. Scorbuto obnoxius (verba sunt Excellentiss. & Experientiss. **Dn. Joachimi Stockmanni**, Med. D. & P.P. in hac Academia celeberrimi, Collegæ & Amici pl. dilecti & honorandi) qui à longo tempore familiaris cum gravibus symptomatis non esset molestus & tolerabilis videretur, totum corpus paulatim pravis honoribus replevit, & accedente icteritia pertinacissima, accedentibus vigiliis, cum ex perpetuo corporis pruriitu, tum ex sicca tussi, alimentorum appetitum penitus sustulit viresq; omnes absensit. Et quanquam ad summam incurando diligentiam nihil reliqui fieret, frustra tamen fure omnia. Quod cum animadverteret p. d. qui toto vitæ tempore pietatem constanter sectatus fuerat, noluit committere, ut ea in hoc extremo actu deficeret. Quin potius toro, quo decubuit tempore, Jesum suum in oculis, in mente, in ore habuit, ejusq; benignissimæ voluntati summa se & imitanda patientia resignavit. Cœlesti pabulo refectus est pridie ejus diei, quo placide decessit, postquam desiderium suum ardentissimum erga divinissimum hoc viaticum exprimitisset. Cumq; déficiente sermonis usu juberetur pauca verba: **Gott sey mir armer Sünden gnädig/proferre, nouit**

luit noster, & quantum sicut, ex præclis precibus & confessionibus sumus  
quandam concepit, apertoq; capite humili deyotione pronunciavit. Erad  
extremam mortis horam durante sensum integritate mentisq; pleno vige-  
re, non tantum cantiones sacras, Herzlich thut mich verlangen / &c. HENR  
Iesu Christ wahr Mensch vnd Gott / &c. Wann mein Stündlein verhaf-  
ten ist / &c. summa attentione audivit, verum etiam illa ipsa hora, qua oc-  
cubuit, interrogantibus iis, quæ adstabant, ap Jelum cordi suu inclusum in-  
timisq; infixum sensibus haberet, hact dubiam fidem suæ perseverantis esse-  
ram manum ferme per quadrantem horæ antea non mortam eleyando edi-  
dit, sibiq; curæ unicæ & cordi esse Jesum suum Salvatorem demonstravit, &  
sic animam efflavit, atq; quod omnium verè piorum yotum est, Salvatori &  
Episcopo animarum nostrarum reddidit. Nullum autem dubium est, quin  
præmatura hæc Optimi Viri, optimi Mariti mors amicis & in primis Conjugi  
summum luctu attulerit. Sed cogitabunt, mortem piorum quietem esse con-  
junctam cū immarcessibili corona. Quod si mortem geniiles haud dubitarunt  
dicere absentem & exspectatam ægritudinis plurimum adferre dementibus,  
at præseutem nemini esse molestam, quippe quæ à perpetuo sopore quodam  
differat nihil, cum animus ipse incorruptus discedat à corpore, morsq; conti-  
nuo sequatur sensu omni penitus sublatio, quid nos dicere par est, persuasos,  
non tantum somnum esse mortem verum etiam sensum gaudii inexhausti  
in Abrahæ siou? Romani eos qui vivi virtute sibi coronam parassent, eadem  
& mortuos insigiebant, non tantum illis diebus quibus intrus domis positi  
essent, quos septem fuisse in funeribus indictiis Servius autor est, verum eti-  
am eo die, quo ad rosita soleq; intercesserebantur. Nec est dubitandum, quia  
illis, qui bonum certamen certarunt, quibus coronam justiæ in cœlis repa-  
satim esse omni exceptione major Gentium Apostolus docet, si DEUS, simul  
atq; quod naturæ debebant, morte exsolverunt, redditurus Nostrum est, Ci-  
ties omnium ordinum Academici, mortem quotidie medirari, hoc potissi-  
mum tempore, quo Civis Academizæ hujus florentissimi corpus effertur, &  
Viduzæ amicisq; relictae condolentiaz nostræ Christianæ affectum testari, no-  
stranq; adversum inclitæ hujus Academizæ membra honorata benevolentia  
am repræsentare, atq; exequias frequenti conventu & præsentia nostra orna-  
re. Quod ut faciat, quo par est studio, rogatus ac sedulo hortamur.

P. P. Rostochij psal die Victoriae, qui est XXII. Decemb.

Anno M. D. C. L.

Conventus fuit in templo Mariano hora prima.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn776201506/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201506/phys_0013)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776201506/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776201506/phys_0014)







au&stis annis judicio & eruditione fama Scholæ Lu-  
cui tunc maxime florenti Rector præerat exceller.  
Vir eruditione Job. Kirchmannus, accensus Luben-  
ibiq; annum integrum feliciter rem gessit. Tande-  
trivialibus in hanc nostram venit Academia  
XXII X. circa Paschatos festum & ingenium, quod  
naturæ Auctore acceperat alacre & acre, summa di-  
& dexteritate excolere perirexit & fundamenta stu-  
dici ex voto jecit. Anno XXXI. media estate ita  
Patre, quem tunc solum matre ante biennium m-  
buit superstitem, in Borussia ivit ad Academia  
montanam; inde elapsò biennio nempe Anno X.  
Patre evocatus Rostochium repetit. Postea anno I  
mense Julio cum Jacobo Kriwesio Lubecense discip-  
dunum Batavorum concessit, & anno sequente cir-  
num cum eodem Kriwesio ejusq; fratre Gothofre-  
niani Agrippinam profectus est, ibiq; studiorum c-  
grum annū substitut. Anno XXXIX. circa Nundi  
cofurenses autumnales utroq; discipulo comitatu  
Colonia, Marpurgum salutavit, lustrato in itiner-  
etu Rhenano inde a Colonia Moguntiam usq; &  
furtum. Scilicet ut Corallium.

— quamprimum contigit aurā,

Tempore durest, mollis fuit herba sub undis.

Sic ingenia bene nata natali solo relicto à terris al-  
lentibus doctrinæ & prudentiæ tobur acquirunt.  
fratis literis evocatus Marpурgo discessit circa a-  
um vernum Anno XXXIX & florentissimas German-  
tates transiens circa festum Ascensionis patris  
natus est, nec multo post mensis nimiriū Junij  
trem morbo atq; ætate confectum amisit, natum  
eiter LXVI. Cum ergo noster p. d. satis peregrinatio-  
diisq; dedisset temporis, cœpit de quietiori yita

A 3



the scale towards document

013

Patch Reference numbers on UTT  
Scan Reference Chart TEZ63 Serial No. \_\_\_\_\_  
Image Engineering